

consuluit et ecclesiam invasit ostia frangens et hominem extrahens<sup>1)</sup> et pro aliis flagitiis de mandato summi pontificis absolvimus, eundemque pro homicidio et aliis peccatis suis discretioni vestrae committimus consulendum. Et quia quatuor homines morti destinavit, inquiratis, si essent rei mortis necne, et iuxta sanctorum patrum et canonum instituta ei poenitentiam iniungatis, quae esset XL annorum vel plurium. Unde si possitis eum Iherosolimam mittere melius erit, quia poenitentiam omnium peccatorum suorum ei dominus papa relaxavit. Eidem unum annum et si quid superest de carina indulsumus.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden, dem, vordem in Form eines Briefes zusammengelegt, das Siegel fehlt.

1) *hostia fr. et hom. extrahens* im Orig.

### No. 67. 1201. 2. Juni.

*P. Innocenz III. beauftragt den Erzbischof von Magdeburg und den Probst zu Seeburg den Burggrafen von Dohna, der auf Grund und Boden des Hochstifts eine Burg erbaut, mit geistl. Zwangsmitteln anzuhalten, das entfremdete Besitzthum zurückzugeben oder sein Recht an demselben genügend zu erweisen. Vgl. No. 74.*

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . Magdeburgensi [archi]episcopo et dilecto filio . . Seburgensi praeposito. Dilecti filii Misnenses suam nobis transmisere querelam, quod burgravius de Dohnyn ipsos quadam possessione ad suam ecclesiam pertinente spoliavit iniuste, castrum ibi aedificare praesumens. Ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus praefatum burgravius, ut ablata restituat conquerentibus vel exhibeat iustitiam coram vobis, monitione praemissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Testes autem, qui nominati fuerint, si se gratia vel odio vel timore subtraxerint, per eandem districtiorem appellatione postposita compellatis veritati testimonium perhibere, nullis litteris veritati et iustitiae praeiudicantibus, si quae apparuerint a sede apostolica impetratae. Quod si ambo his exequendis nequiveritis interesse, tu frater archiepiscope ea nihilominus exequaris. Datae Laterani IV. Non. Junii pontificatus nostri anno quarto.

Bartsch Hist. d. St. Dohna S. 164 f. vgl. mit Grundmann cod. dipl. episc. Misn. I. p. 78 im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden, welche beide fälschlich die Urkunde dem P. Innocenz IV. zuschreiben. Das Original ist nicht aufzufinden gewesen.

### No. 68. 1201. 4. Juni.

*P. Innocenz III. beauftragt den Erzbischof von Magdeburg und den Abt und den Prior zu Altzelle den Grafen Ulrich von Wettin, welcher die der Meissner Kirche schuldigen Zehenden dieser vorenthalte, auch den Archidiacon derselben in seinen Rechten verkürze, von diesen Rechtswidrigkeiten abzumahnem, nöthigenfalls durch geistl. Strafmittel zur Folgeleistung zu nöthigen.*

Innocentius episcopus servus servorum dei venerabili fratri . . Magdeburgensi archiepiscopo et dilectis filiis . . abbati et . . priori de Cella beatae Mariae salutem et apostolicam benedictionem. Sicut venerabilis frater noster . . Misnensis episcopus nobis